

Romae ad viam Ostiensem in pyramide marmorea (cf. Bunsen Beschr. Roms 3, 1 p. 433 seqq.), sub Aureliano inclusa moenibus urbis (VI 1574). — 1) Fortasse hic est C. Cestius praetor a. u. c. 740 (Cic. Phil. 5, 40, 26). Quisquis fuerit, mortuus est ante Agrippam, id est non post a. 742, ut colligitur ex N. 917^a.

917^a M. Valerius Messalla Corvinus, | P. Rutilius Lopus, L. Iunius Silanus, | L. Pontius Mela, D. Marius | Niger, heredes C. Cesti, et | L. Cestius quae¹ ex parte ad | eum fratris hereditas | M. Agrippae munere per-venit, ex ea pecunia, quam | pro suis partibus receper. | ex venditione Attalicor., | quae eis per edictum | aedilis in sepulcrum | C. Cesti ex testamento | eius inferre non licuit.

Romae prope sepulchrum C. Cesti (N. 917) rep. bases duae gemellae (VI 1575 vidi ectypa). — 1) Sic utraque basis, requiritur qua.

918

[r]egem, qua¹ redacta in pot[estatem imp. Caesaris]

Augusti populique Romani senatu[s] dis immortalibus]

supplicationes binas ob res prosp[ere gestas, et]

ipsi ornamenta triumph[alia decrevit];

pro consul. Asiam provinciam op[tinuit; legatus pr. pr.]

divi Augusti iterum² Syriam et Phoenicen optiminuit].

Tibure rep. fragmentum, est Romae (XIV 5615). Pertinere videtur ad P. Sul-picium Quirinium consulem ord. a. 742 (Mommsen mon. Aneyr. comm.² p. 161 seq.). — 1) Intellegenda est gens Homonadensium a Quirinio devicta testibus Tacito ann. 5, 48 et Strabone 12 p. 569; rex, cuius mentio praecedit, Amyntas est rex Galatiae ab illis intersectus. — 2) A. p. Chr. 6.

919 Paullo Fabio Maxi[mo] | cos.¹, pontif., patron. | coloniae.

Prope Hadriam Piceni (Eph. ep. 8, 207 descr. Barnabei). — 1) Cos. a. u. c. 745.

920 L. Cornelio P. f. | Sullae cos.¹, pr., | VIIvir epul., clientes | pos.

Romae (VI 1590 ad exemplum relatum saec. XV exeunte a Iucundo). — 1) Consul fuit suffectus a. 749.

921 M. Plautius M. f. A. n. | Silvanus¹ | cos., VIIvir. epulón. | Huic senátus triumphália | órnámenta décrévit | ob rés in Illyrico | bene gestás. |

Lartia Cn. f. uxor. |

A Plautius M. f. | Urgulánus | víxit ann. IX.

Prope Tibur ad pontem Anienis dictum ponte Lucano ante monumentum Plau-tiorum (XIV 5606; titulus primarius extat praeterea repetitus in fronte ipsius manu-solei, sed mutillus, XIV 5605). — 1) Silvanus eos. fuit a. 752, ornamenta triumphalia meruit Tiberii bello Pannonico a. 765 (p. C. 40) cf. Vell. 2, 442, 4. Dio 53, 54. 56, 42. 47.

922 M. Herennio | M. f. Pícentí cos., | múnicipes múnicipí | Augusti Veientis | intrámúraní, | patróno |.

Veis rep., est Romae (XI 5797 vedit Bormann). — Consul suffectus fuit a. 754 (fast. Cap., Eph. ep. 5 p. 44). Idem videtur proconsul Asiae, notus ex titulo Ephesio (Ierm. 4 p. 195).